

85. Refugienda est ampla possessio, ne conseqatur profunda perditio. Lib. 2 ad *Eccles. Cathol.*

S. THEODOR. 86. Incerta est possessio divitiarum: nunc enim ad hunc veniunt, nunc vero ad illum transeunt. Quae autem multos habet dominos, nullius est possessio. Super 1 *Timoth.*, cap. 6.

SENTENTIA PAGANORUM.

PLINIVS II. 87. Tanta invasit homines habendi cupidio, ut possideri magis quam possidere videatur. Lib. 9, epist. 30.

SENECA. 88. Omnium extrinsecus affluentium possessio, lubrica et incerta est. *De Constant. sapient.*, cap. 5.

89. Nullius boni sine socio jucunda possessio est. Epist. 6.

90. Quaecumque ex rebus transitoris possides, non mireris in quo magnum existimes, quod caducum est. *De quaerit. vir.*

SIXT. FRIL. 91. Non amplius possideas, quam usus corporis possit. Sent. 407.

92. Ea posside, quae nullus possit auferre a te. *Ibid.*, sent. 440.

93. Cupiditas possidendi, origo avaritiae est. *Ibid.*, sent. 429.

94. Nulla propria possessio putetur sapientis. *Ibid.*, sent. 218.

Vide etiam tit. *Aurum*, sent. 47; *Habere*, per totum; *Monachus*, sent. 69; *Pecunia*, sent. 21; *Pecuniarum*, sent. 126; *Regnum caeleste*, sent. 16; 17, 18, 56; *Temporale*, sent. 42.

POTESTAS IN GENERE.

HUGO CARD. *Etymologia*. Potestas dicitur, quasi potentia stans. Super *Joa.*, cap. 4.

CICERO. *Definitio*. Potentia est ad sua conservanda, et alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. Lib. 2 de *Invent. Rhetor.*

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS. 1. Omnis potentia seculi, somnium, non veritas est. *De Joseph*, cap. 6.

2. Ordinatio mundi a Deo, opera mundi a diabolo: a Deo potestatum ordinatio, a diabolo ambitio potestatis. *Prose.*

3. Fugiamus ergo omnia quae diabolica subjacent potestati, ne tanquam malus tyrannus in eos, quos intra suum regnum invenerit, acceptae savitiae potestatis utatur. Lib. 4, super *Luc.*, cap. 17, in illud: *Et ostendit illi omnia regna, etc.*

S. ANSELM. 4. Qui potest quod sibi non expedit, et quod non debet, potest: quanto magis hoc potest, tanto magis adversitas et perversitas possunt in illum, et ipse minus contra illas. In *Prosaologia*, cap. 7.

5. In nulla re tantum hodie offendunt seculi potestates, sicut in iudiciis. Part. 3, tit. 3, cap. 1, § 9.

6. Quanto his celsior potestate, tanto humilior fias pietate. Epist. 54, ad *Macedonium*.

7. Optandum est ut potestas nunc datur, sed contravitia, propter quae vincenda potentes nolunt esse homines, et volunt propter vincendos homines, ut quid hoc? nisi ut vere victi, falso vincant, ne sint veritate, sed opinione victores. Lib. 13 de *Trinit.*, cap. 43.

8. Qui placet sibi ut potestate sua uti velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse majorem. Lib. 3 de *Lib. arb.*, cap. 25.

9. Invidiosa est potestas, quia legitima est: invidiose facit, qui jure facit: sine invidia facit, qui praeter leges facit. Tract. 5, super cap. 1 *Evang. Joan.*

10. Quo potestas sublimior est, eo ad peccandum major audacia, quae totum sibi licere credit quod potest. *De Vita Christiana*, cap. 3.

11. Potentior animus non cogit in aliquid, nisi quod suae potestati subditum est. *De Immort. animae*, cap. 43.

12. Quisquis animus alterum animum habet in potestate, magis cum necesse est vult in potestate habere, quam corpus. *Ibid.*

13. Quae potentiora, etiam meliora sunt. *Ibid.*, cap. ult.

14. Non est ordinatissimum, ut impotentiora potentioribus imperent. Lib. 1 de *Lib. arbit.*, cap. 40.

15. Potentior ab infirmiore, si corrumpi nolit, non corrumpitur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 44.

16. Nulla vi superari potest, qui est in nullius potestate. *Ibid.*, lib. 3, cap. 6.

17. Si animus placens sibi potestate sua frui velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse majorem. *Ibid.*, cap. 25.

18. In potestatis societatis humanarum, major potestas minori ad obediendum praeponeatur. Lib. 3 *Conf.*, cap. 8.

19. Homo in natura posse, et in potestate habet velle. Lib. 11 de *Genesi ad litt.*, cap. 4.

20. A Deo sunt omnes potestates, quamvis ab illo non sint omnium voluntates. Lib. 5 de *Civitate Dei*, cap. 8.

21. Non superbiendum est, quasi homo eadem potestate sanctur, qua potestate vitiatas est. *De Nat. et grat.*, cap. 30.

22. Non quiescit in daemonibus voluntas nocendi, etiam cum potestas non datur. Annot. in *Job*, cap. xxxviii.

23. Ut esset homini potestas in Deum, ab ipso Deo accepit potestatem homo. Homil. 33, *Ex quinqueq. homin.*

S. BERNARD. 24. Videte, fratres, quam nocent iniqua potestas, quomodo caput impium subiectos quoque suae conformat impietati. *Prose.*

25. Misera plane civitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodiane sine dubio particeps erit malitiae, et ad novae salutis ortum Herodiana movebitur turbatione. Serm. 3, *Epiph.*

S. BERTH. 26. Nullam ejus hominis potentiam putes, qui quod ipse in alio potest, id in se alter valeat, efficere ipse non possit. Lib. 2 de *Consolat. philos.*, prosa 6.

27. Qua parte beatos faciens desinit potestas, haec impotentia subintrat. *Ibid.*, lib. 3, prosa 5.

28. Non est illa potestas, quae sollicitudinum morsus expellere, quae formidinum aculeos vitare nequit. *Ibid.*

29. Eo ipso quo potentes bonum deserunt, et ad vitia deflectunt, hoc modo non solum potentes esse, sed omnino esse desinunt. *Ibid.*, lib. 4, prosa 2.

S. BONAV. 30. In potentia nullo modo est gloriandum, sed semper de eam timendum. *Prose.*

31. Ubi est vana potentia Caesaris, qui primus solum Imperium obtinuit, a quo omnes Imperatores appellati sunt Caesares, quem Romani tandem gladiis interfecerunt?

32. Ubi nunc est vana potentia Neronis, qui fugatus a Romanis, fuscis dentibus acuit, quo seipsum per ventrem transiit?

33. Ubi nunc est ampla et vana Alexandri potentia, qui sibi orbem totum subiecit, et duodecim annis tantum regnavit, et ultimo veneno interiit?

34. Valde gloriosus Leo incedit, sed dum suam vanam potentiam non advertit, in foveam saepe ruit, de qua cum exire non possit, submittit collium catenis. Serm. 1 de *Uno Mari.*

S. CYPRIAN. 35. Magis, quo plus ceteris unusquisque potest, sciat esse sibi metuendum, ne in aliquo minoretur. *De Singularit. cleric.*, cap. 24.

MONYSIUS CARTEUS. 36. Qui potest quod sibi non expedit, quanto id magis potest, tanto impotentior est, et infelicior. Super *Epist. II ad Timoth.*, cap. 2, art. 2.

S. GREG. ODD. 37. Non a diabolo est potestas, sed obnoxia tamen insidii diaboli: nec ideo mala ordinatio potestatum, quia malo sunt obnoxie potestates. Super illud *Lucae iv*: *Quia mihi tradita sunt, etc.*

S. GREGOR. MAGNUS. 38. Potestas cum habetur, et cogitanda est ad utilitatem, et dissimulanda est propter tumorem; quatenus is qui ea utitur, et ut prodesse debeat, posse se sciat: et ut extolli non debeat, posse se nesciat. Lib. 5 *Moral.*, cap. 8.

39. Sepe qui in potestate sunt, dum sese a licitis retinere nesciunt, ad illicita opera et inquieta dilabuntur. *Ibid.*

40. Utilitati iustorum militat potestas iniquorum. *Ibid.*, lib. 20, cap. 19.

41. Cum perversis in hac vita potestas tribuitur, quid aliud quam janua erroris aperitur? *Ibid.*

42. Amica potestati pene semper impatientia est eique etiam male subiecte imperat: quia quod ipsa sentit, potestas exoptat. *Ibid.*, cap. 28, super illud *Job xxx*: *Sine furore consurgens.*

43. Saepe transitoria potestas animum per abrupta elationis rapit. *Ibid.*, lib. 21, cap. 40.

44. Potentibus viris magna est virtus humilitatis, considerata aequalitatis conditionis. *Ibid.*, num. 41.

45. Qui contra superpositam sibi potestatem murmurat, liquet quod illum redarguit, qui eadem homini potestatem dedit. *Ibid.*, lib. 22, cap. 17, num. 24.

46. Rectori provido cogitatione sollicita, potestas quae accepta est, non honor, sedonus aestimatur. *Ibid.*, lib. 24, cap. 16, num. 30.

47. Tunc potestas bene geritur, cum non amando, sed timendo retinetur: quae ut ministrari recte valeat, oportet primum ut hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. *Ibid.*

48. Potestas cum percipitur, non ex libidine amanda est, sed ex longanimitate toleranda. *Ibid.*

49. Bona est ordine suo potentia, sed cauta regentis indiget vita. *Ibid.*, lib. 26, cap. 19, super illud *Rom. xii*: *Nolite esse prudentes, etc.*

50. Cum potentie temporalis ministerium suscipitur, summa cura vigilandum est ut sciat quisque; et sumere ex eo quod adjuvat, et expugnare quod tentat, et aequalem se cum illa ceteris cernere, et tamen se peccantibus zelo ultionis preferre. *Ibid.*

51. Potestas quanto exterius eminet, tanto promi interius debet, ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animum rapiat, ne jam sub se mens eam regere non possit, qui se libidine dominandi supponit. *Ibid.*, cap. 19.

52. Subtilissima ars vivendi est enlmen tenere, gloriam premere, esse quidem in potentia, sed potentem se esse nescire, ad largienda bona potentem se cognoscere, ad rependenda noxia, omne quod poterat valeat ignorare. *Ibid.*, cap. 19, num. 24.

53. Denim imitari desiderat, qui fastidium potentie alienis intentus utilitatibus, et non suis laudibus elatus administrat. *Ibid.*

54. Superbus mundi hujus potentiam quaerit, non quo aliis prosit, sed quo ipse alteri subditus non sit. *Ibid.*, lib. 29, cap. 6, super illud *Job xlii*: *Omne sublime videt.*

55. Qui a subjectis metuitur, tanto facilis persuadet, quanto et cum potestate indicat quae sunt agenda. *Ibid.*, lib. 34, cap. 3, num. 4.

56. Nil de subsequenti iudicio metuunt, qui de temporalium potestate improbe gloriantur. Part. 2, *Pastor.*, cap. 8.

57. Fit ut ipsa ligandi et solvendi potestate se prioret, qui hanc pro suis voluntatibus, et non pro subditorum moribus exercent. Homil. 26, super *Evang.*

58. Bene acceptam potestatem regit, qui et tenere illam novit, et impugnare. Lib. 4 in *Registro*, ind. 9, cap. 24, epist. 24 ad *Joan. epis. Constantinop.*

59. Restringsenda sub ratione potestas est, nec quidquam agendum priusquam concedata ad tranquillitatem mens redcat. *Ibid.*, lib. 8, indict. 3, cap. 12, epist. 12 ad *Gudiscalcum ducem.*

HUGO A. S. VICTORE. 60. Potestas est ordinata a Deo disposita in genere humano, qua alii aliis praeesse habent. Super *Epist. ad Rom.*, in illud: *Non est potestas, nisi a Deo.*

HUGO CARD. 61. Potestas bona est in se, sed noxia est elatione, quae saepe comitatur. Super *Job*, cap. xxxvi.

62. Multi laudant nomen potentis, qui appetunt dominationem. Super *Ecclesiastic.*, cap. 17.

S. JOANNES CHRYSOST. 63. Semper grandis potestas majori timori subiecta est. Homil. 2 super *Math. Oper. imperf.*

64. Summa potestas sine timore periculi nunquam est. *Ibid.*, homil. 30.

JOANNES SARESB. 65. Si potestas accedat sapientii, omnibus bonis grata est, et omnibus utilis: si vero cadat in insipientem, etsi bonis mala esse non possit, molesta tamen ad modicum temporis erit. Lib. 8 de *Negis curial.*, cap. 48.

JOAN. TRITH. 66. Nihil terrena potestate brevius. De *vanit. et miser. hum. vite*, cap. 2.

S. ISID. HISP. 67. Non statim utile est omne potestatis insigne, sed tunc vere est utile, si bene geratur: tunc autem bene geritur, quando subiectis prodest, quibus terreno honore praefertur. *Prosec.*

68. Potestas bona est, quando Deo donante est, ut malum timore coerceat, non ut temere malum committat.

69. Nihil autem peius est, quam per potestatem, peccandi libertatem habere, nihil que infelicis male agendi felicitate. Lib. 3 de *Sum. bono*, cap. 48, sent. 5.

70. Vir justus aut omni potestate seculari, exiit, aut si aliqua cingitur, non sub illa curatur, ut superbus tumeat, sed eam sibi subijcit ut humilior innotescat. *Ibid.*, cap. 48, sent. 1.

71. Intra Ecclesiam potestates necessariae non essent, nisi ut quod non pravaleat sacerdos efficere per doctrinae sermonem, potestas hoc impleat per disciplinae terrorem. *Ibid.*, cap. 54, sent. 4.

72. Quanto quis potentia major, tanto magis liber est ad peccandum. *Ibid.*, cap. 59, sent. 10.

73. Jura potestatis adepte moderanter exerce, potestatis iura accepta ordinato animo administrata. Lib. 2 de *Synon.*, cap. 17.

74. Cito periclitatur potestas; alta enim arbor ventis fortius agitur, excelsae turres graviori casu procumbunt. *Prosec.*

75. In potentem cadit invidia, cito patet insidiis potestas: gloria enim invidiam parit, invidia vero pericula. *Ibid.*

76. Mens potentiae avida, nec abstinere novit a vitis, nec gaudere concessis. Epist. 53 ad *Anatolium Constantinop. episc.*

77. Justum est, ut quem dignitas potestatis delectat, laborem officii non subterfugiat. *Prosec.*

78. Delicatus est, qui potestate vult uti, et administrationem potestatis dissimulat exercere.

79. Merito se privat honore, qui honorem affectat sine onere. Serm. 40.

80. Quid juvat, si hodie quis temporali praedictis potestate terram faciat sub suis pedibus tremere, et cras mendicis et pauper de hoc mundo compellatur exire? Lib. 7, epist. 15.

81. Omnis potestas, sive major, sive minor, quae hominibus praest, aut ex voluntate Dei, aut ex permissione Dei constituta est. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 13, can. 1.

82. Nulla major pauperulorum est depopulatio, quam potestas. Lib. 4 de *Gubern. Dei.*

83. Potestas magna et potentissima, quae inhibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari. *Ibid.*, lib. 7.

84. Uti potentum amicitia, non abuti convenit. Epist. 63 ad *Joan.*

85. Potestas se habet ad bonum et ad malum: quia sicut optimum est, quod aliquis utatur bene potestate in regimine multorum: ita pessimum est, si male utatur. 1, 2, art. 4.

86. Homo, qui abulitur potestate sibi data, eam amittere meretur. 2, 2, quest. 65, art. 3.

87. Major potestas nominis melioribus debetur. De *Perfect. vite spirit.*, cap. 19.

SENTENTIA PAGANORUM.

88. Fortitudo potentiam habens, superbia est. Lib. 5 *Politico.*, cap. 40.

89. Difficile est, o Callicles, ac impendio est laudabile, hominem juste vivere, qui in potestate magna constitutus, impune quae esse injustus. In *Gorgia, de Justitia.*

90. Tantum quantum vult potest, qui se, nisi quod debet, non putat posse. Epist. 90.

91. Quomodo optime potentiam tuebor! impotentia occasionis. De *Moribus.*

Vide etiam tit. *Ambitio*, sent. 1, 2, 3; *Diabolus*, sent. 18; *Petitio*, sent. 80; *Servitus*, sent. 14;

S. LEO I.

PETRES HUESENS.

S. PETRES DAMIANUS.

S. REMIG.

SALVIANUS.

S. SYNERUS EPISC.

S. THOMAS AQUINAS.

ARISTOTEL.

PLATO.

SENZEL.

Stultitia, sent. 5; *Sublimitas*, sent. 40; *Superbia*, sent. 103; *Virtutes cardinales*, sent. 15.

POTESTAS DEL.

COLLECTOR. *Definitio.* Potestas Dei est ipsamet essentia divina, concepta per modum principii activi productivi.

HUGO A. S. VICTORE. *Divisio.* Potestas Dei duplex est. Altera, adaliquid faciendum; altera, ad nihil patiendum. Lib. 1, de *Sacramentis*, part. cap. 22.

HUGO CARD. Potestas Christi in quatuor consistit: scilicet primo, in efficaci predicatione, et larga donorum Spiritus sancti effusione; secundo, in suorum fidelium consolatione; tertio, in adversariorum depressione; quarto, in suorum electorum glorificatione. Super *Apocal.*, cap. 1.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AUGUST. 1. De omnipotentia Dei, et iustitia dubitare, demeritis est. Lib. 4 *Retract.*, cap. 9.

2. Creatoris potentia omnipotentis, atque omnigenis virtus, causa est subsistendi omni creature. *Prosec.*

3. Quae virtus Dei ab eis quae creata sunt rogendis, si aliquando cessaret, simul et eorum cessaret species, omnisque natura concideret. Lib. 4, de *Genesi ad lit.*, cap. 12.

4. Quid Omnipotentem potentius! aut cuius creaturam potestas potestati Creatoris comparari potest? Lib. 13, de *Trinitate*, cap. 13.

5. Deus omnipotens est: et cum sit omnipotens, mori non potest, falli non potest, nec fallere, mentiri non potest. *Prosec.*

6. Quam multa non potest, et omnipotens est: et ideo omnipotens est, quia ista non potest. Nam si mori posset, non esset omnipotens: si mentiri, si falli, si fallere, si iuque agere, non esset omnipotens: quia si hoc in eo esset, non fuisset dignus qui esset omnipotens. Lib. 1, de *Symbolo fidei*, cap. 1.

7. Quanta speranda, vel timenda potestas est iudicantis, si apparuit tanta mortentis? Tract. 119, super *Evangelium Joan.*, de cap. xix.

8. Demus Deum aliquid posse, quod nos fatuorum investigare non posse: in talibus rebus tota ratio facit est potentia facientis. Epist. 3, ad *Vosianum.*

9. Quia Dominus Lazarum suscitavit, sine dubio potuit: quia vero Judam non suscitavit, numquid dicendum est, non potuit? potuit ergo, sed noluit; nam si voluisset, eadem etiam hoc potestate fecisset. De *Natura et gratia*, cap. 7.

10. Omnipotens est facienda majora et minor, omnipotens est ad coelestia et terrestria, omnipotens est ad facienda immortalia et mortalia, omnipotens est ad facienda spiritalia et corporalia,

omnipotens est ad facienda visibilia et invisibilia. *Prosec.*

11. Magnus in magnis, nec parvus in minimis: postremo omnipotens est ad facienda omnia quae facere voluerit.

12. Jam ego dico quanta non possit. Non potest mori, non potest peccare, non potest mentiri, non potest falli: tanta non potest, quae si posset, non esset omnipotens. Serm. 3, fer. 2, post *Dom. Palm.*

13. Non longe est a nobis omnipotentia tua, etiam cum longe sumus a te. Lib. 2 *Confess.*, cap. 2.

14. Dei potestati eripi aut subtrahi, quid, quando, aut ubi, a nullo potest. *Ibid.*, cap. 9.

15. Non cogeri invidus ad aliquid, quia voluntas tua non est major potentia tua. *Ibid.*, lib. 7, cap. 4.

16. Non est minor potestas tua carens obsessio meo. *Ibid.*, lib. 13, cap. 1.

17. Sicut humana consuetudo verbis, ita divina potentia etiam factis loquitur. Epist. 49, quest. 6.

18. Deus qui potens est, etiam in nihilo, non tantum aliquid, sed etiam magnum aliquid facit. Epist. 56.

19. Nemo leges Omnipotentis evadit. De *Agone Christ.*, cap. 7.

20. Quidquid vilissimum homines putant, omnipotentia Dei gubernatur. *Ibid.*, cap. 8.

21. Bona facere si non posset Deus, nulla esset potentia: si autem posset, nec faceret, magna esset invidentia. Quia ergo est omnipotens et bonus, omnia bona valde fecit. Lib. 4 de *Genesi ad lit.*, cap. 16.

22. Movet Deus occulta patientia sua universam creaturam suam. *Ibid.*, lib. 5, cap. 20.

23. Deus patientia sua numerus creaturae dedit, non ipsam potentiam eisdem numeris alligavit. *Ibid.*, lib. 6, cap. 13.

24. Deus naturas creat bonitate, voluntates ordinat potestate. *Ibid.*, lib. 8, cap. 23.

25. Deus non potentia temeraria sed sapientium virtute omnipotens est. *Ibid.*, lib. 9, cap. 17.

26. Deus per omnipotentiam suam praestitit universam creaturam. De *Catechis. rudib.*, cap. 48.

27. Ad omnipotentiam Dei pertinet ut ex libero arbitrio voluntatis venientia mala esse permittat. De *Continent.*, cap. 6.

28. Tanta est omnipotens Dei bonitas, ut etiam de malis possit facere bona, sive ignoscendo, sive sanando, sive ad utilitates piorum cooptando atque vertendo, sive etiam iustissime vindicando. *Ibid.*

29. Nihil omnipotentius Deo, qui cum mali nihil faciat, bene etiam de malis facit. *Ibid.*

30. Recte Deus omnipotens dicitur, qui tantum

mori et falli non potest: dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non patiendi quod non vult. Quod si accideret, nequaquam esset omnipotens: unde propterea quedam non potest, quia omnipotens est. Lib. 5 de *Civ. Dei*, cap. 40.

31. Manna Dei, potestas Dei est, qui etiam visibilia invisibiliter operatur. *Ibid.*, lib. 12, cap. 23.

32. Ut neque Angelus, neque homo caderet, in potestate Dei fuit. *Ibid.*, lib. 14, cap. 27.

33. Firmissime credendum est omnipotentem Deum omnia posse facere quas voluerit, sive vincendo, sive prestando. *Ibid.*, lib. 18, cap. 18.

34. Deus potens est facere, quas infidelibus sunt incredibilia, sed illius facilia potestati. *Ibid.*, lib. 21, cap. 6.

35. Deus non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult potest. *Ibid.*, cap. 7.

36. Efficacem potentiam suam Deus si rebus subtrahat, nec progredi poterunt, nec prorsus in eo quod create sunt, aliquatenus permanebunt. *Ibid.*, lib. 22, cap. 24.

37. Ut quisque habeat bona corporis et fortunæ, non nisi in Dei potestate est. *De Corrupt. et grat.*, cap. 8.

38. Exhorresce quod minatur Omnipotens, ama quod pollicetur Omnipotens. Tract. 3, super *Epist. Joan.*

39. Evadendi potentiam Dei, nullus aditus invenire poterit. Lib. *Meditationum*, cap. 30.

40. Deus ostendit potentiam suam, accommodans malitiam malorum ad bonos exercendos. *Epist.* 157.

41. Non lege atque doctrina insonante fornicus, sed interna potestate operatur Deus in cordibus hominum. *De grat. Christ.*, cap. 24.

BERNARD. 42. Nil omnipotentiam Verbi clariorum reddit, quam quod omnipotentes facit omnes qui in se sperant. Serm. 85 super *Canct.*

S. BONAV. 43. Omnipotens est Deus, quia omnia facere, omnia trahere, omnia prospicere, omnia innovare potest. *Prosec.*

44. Omnia facit per potentiam, omnia trahit per gratiam, omnia prospicit per notitiam, omnia innovat per gloriam. Serm. 4 *Dom.* 11, post *Psalm.*

S. DIONYS. AREOPAG. 45. Nihil est omnino eorum que sunt, quod non prepotens rerum omnium Dei vis tueatur et contineat. *De divin. Nomin.*, cap. 8.

46. Potest Deus ex lapidibus excitare filios, et potest Deus corruptibilia mutare in incorruptibilia, et potest in terra facere quietem paradisi, quia vult. In *Libro Anacreto.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 47. Sit pro luce rationis magnipotencia Conditoris: Excedit enim divini officii potestas humane mentis angustias. Homil. 1 de *Symbolo.*

GLOSS. INT. 48. Nulla est dignitas, nulla est potestas, que

potestatis Dei non pareat imperio. Super 1 *Paralip.*, cap. 29.

49. Deus cum sit semper omnipotens, sic intendit omnibus ut adsit singulis: sic adest singulis, ut simul omnibus nunquam desit. Lib. 16 *Moral.*, cap. 3, super illud *Job* 22: *An cogitatis, qui Deus excelsior, etc.*

50. Deus sic exteriora circumdat, ut interiora implet: sic interiora implet, ut exteriora circumdet: sic summa regit, ut ima non deserat; sic imis presens est, ut a superioribus non recedat. *Prosec.*

51. Sic latet in sua specie ut tamen cognoscatur in operatione: sic cognoscitur in suo opere, ut tamen comprehendi non valeat a cognoscentis estimatione.

52. Sic adest, ut videri nequeat: sic videri non valet, ut tamen ejus presentiam ipsa sua judicia testentur. *Ibid.*

53. Constitutum est, in natura divina cum voluntate ita concurrere potestatem, ut Dei potestatis mensura sit ipsa voluntas. In *Hexamer.*

54. Dei potentiam servorum preces impediunt. *Epist.* 12 ad *Gaudentium.*

55. Potestatis dignitas in Nativitate non amittitur, dum carnis humilitas adoratur. Lib. 2 de *Trin.*, verbo *Angelos.*

56. Deus nihil eget, nihil ignorat, cujus agnitioni nihil occultum est, cujus aditui nihil invium est, cujus virtuti nihil reliquum, extra quem locus nullus est. Super *Psalm.* CXXXV.

57. Christus potestate natus est, potestate passus est, potestate medicus phariseos toleravit, potestate cecos, claudos, mutos, aridos, a spiritu immundo captivos potestate curavit. Homil. super illud *Isai.* ix: *Potestatis et pacis.*

58. Si dubitas an aliqua potentia presit mundo, omnibus es insipientior: si vero isid persuasum habes, quid ambigis oportere Deo placere? Serm. 19, super *Epist. ad Ephes.*

59. Nihil cassum et irritum in divina potentia usurpatur: potest enim omnia, vult autem optima. Lib. 2, *epist.* 117 ad *Theophil.*

60. Divina auctoritati nihil est non pareat. In *Quest.* 4 *Gentib. posit.*, quest. ult., respons. 33.

61. Deus unus est, in quo vis et potestas consummata est: nec minui potest, nec auferri. *De Ira Dei*, cap. 11.

62. Quod celsius est omnibus potentis, intelligitur eas excedere Deus, cum eas in potestate habeat. *De confus. linguar.*

63. Incircumscripsi Deus, et incircumscripsi ejus potentia. *De sacrificio Abel.*

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. SYNECISUS EPISCOPUS.

AMBROSIUS.

CLEMENS.

SENECA.

S. GREGORIUS NYSSA.

S. HIERONYMUS.

S. BILHARITUS.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

S. ISIDORUS PELUSIOTA.

S. JUSTINUS MARTYR.

LACTANTIUS FIDIUS.

PHILOSOPHUS.

64. Bonitas Dei mensura honorum est: potentia, mensura subditorum. *Ibid.*

65. Deus potentis suis erga seipsum meritis nititur, temperatis autem erga suas creaturas. Lib. *Quod Deus sit immutabilis.*

66. Deo omnia possibilia sunt, etiam que fieri non possunt. *Epist.* 11 ad *Presbyteros.*

SENTENTIE PAGANORUM.

67. Quodlibet possibile, est a Deo effectibile. Lib. 10 *Theolog.*, cap. 12.

68. Nihil est quod Deus efficere non possit. Lib. 2 de *Divinat.*, num. 86.

69. Mundus Deo paret, obediunt maria, terræque et hominum vita jussis supremæ legis obtemperat. Lib. 3 de *Legib.*

70. Deus quidquid vult, efficit. Lib. 1, *Quest.* in *Præfat.*

71. Deus alia exaltat, alia submittit. *Ibid.*, lib. 3, in *Præfat.*

72. Deus est circa omnia, atque per omnia: actus enim est omnium atque potestas. Lib. de *Pat. et Sap. Dei*, cui titulus, *Pimander*, cap. 12.

Vide etiam tit. *Esse*, sent. 24; *Mario*, sent. 19; *Miraculum*, sent. 12; *Misericordia Dei*, sent. 90.

PRÆCEPTUM.

Vide MANDATUM.

PRÆDESTINATIO.

COLLECTOR. *Etymologia.* Prædestinatio dicitur, quasi præ aliis destinatio.

S. AUGUSTINUS. *Definitio.* Prædestinatio Sanctorum nihil aliud est, quam præscientia scilicet et præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. *De Bono persever.*, cap. 14.

Prædestinatio est præordinatio, in qua tria concurrunt, homo, gratia, gloria. In lib. 1, *Senten.*, dist. 40, dubio 5.

Prædestinatio est præordinatio alicujus ad gloriam, seu præparatio gratiæ in presenti, et gloriæ in futuro. Super *Epistolam ad Romanos*, cap. 1, art. 3.

Prædestinatio est æterna præordinatio horum que per gratiam fiunt in tempore. *Ibid.*

Prædestinatio est gratiæ gratuite præparatio. *De Questionibus super Ep. ad Rom.*, quest. 233.

Prædestinatio est ab æterno gratiæ præparatio, per quam unusquisque vocatur ad vitam. Lib. 2 de *Nugis curial.*, cap. 21.

Prædestinatio est quedam ratio ordinis aliquorum in salutem æternam in mente æterna existens. Part. 1, *Summa*, quest. 23, art. 2.

Prædestinatio proprie accepta, est quedam divina præordinatio ab æterno, de his que per

Tom. III.

gratiam Dei sunt in tempore fienda. Part. 3, *Summe*, quest. 24.

Differentia. Qui præscientiam Dei in nullo ab ipsius prædestinatione discernit, quod tribunalium est Deo de bonis, hoc et etiam de malis conatur adscribere. Lib. 1 ad *Monimum*, cap. 30.

Inter gratiam et prædestinationem hoc interest, quod prædestinatio est gratiæ præparatio, gratia vero ipsa donatio. *De prædestinat. Sanctor.*, cap. 10.

Hoc distat inter præscientiam et prædestinationem: quod præscientia de salvandis et demandis, prædestinatio autem de salvandis tantum. In *Summa Sentent.*, tract. 1, cap. 12.

Nota de Prædestinatione differentiam. Quidam sunt prædestinatione et re, sicut simpliciter boni; quidam prædestinatione et non re, ut mali, et tamen futuri boni; quidam re et non prædestinatione, ut boni, qui sunt futuri finaliter mali; quidam nec re, nec prædestinatione, sed tantum numero, sicut simpliciter mali. Super *Psalm.* xvii.

Scientia, præscientia, dispositio, providentia et prædestinatio differunt. Scientia existentium; præscientia futurorum; dispositio facientium, providentia gubernandorum; prædestinatio salvandorum. Lib. 2 de *Nugis curial.*, cap. 21.

Prædestinatio distat a præscientia, secundum rationem: quia præscientia importat solam notitiam futurorum; sed prædestinatio importat causalitatem quandam respectu eorum. Super *Epist. ad Romanos*, cap. 6, lect. 6.

SENTENTIE PATRUM.

1. Deus iis quos elegit sine meritis, dat unde orientur et moritis *Prosec.*

2. Et frustra dicitur quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operantur, ut electi sint. Lib. 2 de *Vocat. gent.*, cap. 10.

3. Omnia que secundum dispositionem Dei fienda sunt, in prædestinatione ejus jam quasi facta existunt: quia non potest fieri, ut immutetur aliquid ex omnibus que statuit Deus ut fiant. Super *Apocal.*, cap. 2.

4. Gratia Dei suos electos sic prædestinavit, ut eorum qui jam in eis uniuersum libro arbitrio, ipse etiam voluntates præparet. Lib. 4 *Retract.*, cap. 9.

5. Sola gratia redemptos discernit a perditis, quos in unam perditionis concreverat massam, ab origine ducta causa communis. In *Euchiridio*, cap. 99.

6. Prædestinatorum nemo cum diabolo peribit; nemo subiectus ad mortem sub diaboli potestate remanebit. Lib. 13 de *Trinitate*, cap. 16.

S. FULGENTIUS.

S. AUGUSTINUS.

HUGO A. S. VICTORE.

HUGO CARD.

JOHN. SALERNO.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AMBROSIO.

S. AUGUSTINUS.

7. Nescientes quis pertineat ad prædeterminationem numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus salvos fieri. *De Corrupt. et grat.*, cap. 15.

8. Universa massa perditionis facta est possessio peccatorum: nemo itaque, nemo prorsus inde liberatus est, aut liberatur, aut liberabitur, nisi gratia Redemptoris. *Lib. 2 de Gratia Christi*, cap. 29.

9. Bonus est Deus, justus est Deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est: non potest quemquam sine malis meritis damnare, quia justus est. *Lib. 3 contra Julian.*, cap. 13.

10. Peccatum in homine, in Deo incitat zelum justitiae, zelus vero justitiae prædeterminationem, prædeterminatio autem attrahit mortem. *De Prædeterminatione Dei*, cap. 3.

11. Prædeterminatio ita certus est numerus, ut nec addatur eis quisquam, nec minuat ex eis. *De corrupt. et gratia*, cap. 13.

12. Prædeterminatio Dei nullis est causa standi, nemini causa labendi. *Ad Artic. sibi falso impositos*, respons. 12.

13. Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit, nec vane eligit: eligit tamen, et habet electos, quos creaturus est eligendos. *De Verbis Apostoli*, serm. 11.

14. Deus prædeterminavit nos antequam essemus, vocavit nos cum aversi essemus, justificavit nos cum peccatores essemus, glorificavit nos cum mortales essemus. *Ibid.*, serm. 16.

15. Non in creatione homo prædeterminatus est, hoc enim ante seculum in præsentia Creatoris. *Lib. 6 de Genesi ad lit.*, cap. 11.

16. In prædeterminatione Deus vidit viam; quae convertent tentati. *Annot. in Job*, cap. 28.

17. Quid Deus dabit eis, quos prædeterminavit ad vitam, qui tot ac talia, et tanta bona temporalia dedit eis quos prædeterminavit ad mortem? *Lib. 22 de Civitate Dei*, cap. 24.

18. Prædeterminavit ad æternam vitam misericordissimus gratia largitor; prædeterminavit ad æternam mortem justissimus supplicii retributor. *Lib. 4 de Anima et orig.*, cap. 11.

19. Quicumque prædeterminati, etiam nondum nati, jam filii Dei sunt, et omnino perire non possunt. *De corrupt. et grat.*, cap. 9.

S. BONAV.

20. Prædeterminatus nunquam perire sinitur, licet ad tempus a via virtutis errare permittatur. *Super Psalm. LXXIII.*

21. Signum vel character prædeterminationis, virtus est. *Tit. 5, Diotie*, cap. 1.

22. Tot salvabuntur homines, quot Angeli ceciderunt: vel tot homines salvabuntur, quot An-

geli perstiterunt. *Lib. 2 Compend. Theol. verit.* cap. 24.

23. Prædeterminata multitudo Sanctorum; hereditas Christi est. *Super Psalm. xv*, vers. 49.

24. Totum in prædeterminatione solidatum est, et nullus eventus mutare poterit, quod illa providentia superna decrevit. *Super Psalm. LXXVI*, vers. 33.

25. Nemo quantum in hac mortalitate vivitur, de arcano divine prædeterminationis mysterio usque adeo presumere debet, ut certo statuat se omnino esse in numero prædeterminatorum. *Sess. 6*, cap. 12.

26. Prædeterminationis nomine non aliqua voluntatis humanae coactiva necessitas exprimitur; sed misericors et justa futuri operis divini sempiterna dispositio predicatur. *Lib. 4 ad Montinum*, cap. 7.

27. Prædeterminatio Dei semper in bono est, aut ad retributionem justitiae, aut ad donationem pertinens gratia. *Ibid.*, cap. 30.

28. Voluntatis causa est electionis, non electio causa est voluntatis. *Ibid. Lib. 1 de Verit. prædest.*

29. Non mutat Deus prædeterminata, qui sapientia ejus non fallitur aut reprehenditur in dispositione. *Prosec.*

30. Perficit Deus prædeterminata, quia virtus ejus non impeditur, aut superatur in opere. *Ibid.*, lib. 3.

31. Omnes prædeterminati sic vocantur, ut justificentur: sic justificentur, ut glorificentur. *Prosec.*

32. Ac per hoc prædeterminavit Deus quos voluit, et ad opera bona, et ad præmia sempiterna.

33. Prædeterminavit ad vitam bonam, prædeterminavit ad vitam æternam.

34. Prædeterminavit ad fidem, prædeterminavit ad speciem.

35. Prædeterminavit adoptandos in sæculo, prædeterminavit glorificandos in regno.

36. Prædeterminavit per gratiam faciendos Primogeniti fratres, prædeterminavit per gratiam perficiendos ejusdem Unigeniti coheredes.

37. Hæc omnia sicut in se continet prædeterminationis æternitas, sic implet prædeterminantis Dei misericordia et justa majestas.

38. Nullus prædeterminatus perit. *Super Math.*, cap. 14.

39. Vocatione impletur prædeterminatio. *Super Epist. ad Rom.*, cap. ix.

40. Constat quod nullus liberatur, nisi gratuita misericordia: nullus damnatur, nisi æquissima justitia. *Prosec.*

41. Sed cur potius hunc quam hunc liberet,

CASSIODOR.

CONCILIUM TRIDENT.

S. FULGEN.

GLOSS. XII.

GLOSS. ORD.

GRATIANUS.

S. GREGOR MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

JOANNES BARBUS.

scrutetur qui potest tam profundum iudicium, verum tamen caret præceptum. *Ibid.*, cap. 9.

42. Prædeterminati ad vitam sine correctione mutantur præsciti vero ad mortem, inter flagella deteriores fiunt. *In Decretis*, part. 2, causa 23, quest. 4, can. *Cum quisque*, § Est.

43. Quicquid foris futurum est in opere, intus jam factum est in prædeterminatione. *Lib. 28 Moral.*, cap. 6, num. 9.

44. Obtineri nequaquam possunt, quæ prædeterminata non fuerunt; sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædeterminata sunt, ut precibus obtineantur. *Lib. 1 Dialogi*, cap. 8, verbo *Obtinere*.

45. Ipsa perennis regni prædeterminatio ita est ab Omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi pro labore perveniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis Omnipotens Deus ante sæcula disposuit donare. *Ibid.*

46. Prædeterminatio precibus impletur, quando quidem Deus multiplicare semen Abraham prædeterminaverat, ita tamen oratione obtinuit, ut filios habere potuisset. *Ibid.*

47. Tanto necesse est, ut unusquisque in humilitate se deprimat, quanto si sit electus, ignorat. *Homil. 38, super Evangelium.*

48. Unum signum electionis, est soliditas charitatis. *Homil. 12, super Ezech.*, super illud *Joan. xiii: In hoc sciatur, quia*, etc.

49. Electi Dei carnem domant, spiritum roborant, demonibus imperant, virtutibus errescant, presentia despiciunt, æterna moriendo diligunt, occidi possunt, et fœci nequeunt. *Homil. 27, super Evangelium.*

50. Elegit Deus, quos mundus despicit: quia plerumque ipsa despectio hominem revocat ad semetipsum. *Ibid.*, homil. 36.

51. Prædeterminatio alleujus rei, multo ante in mente ejus, qui destinat quid futurum sit, præfiguratur. *Lib. 1, super Epistolam ad Ephesios*, cap. 1, in illud: *Secundum placitum suum*, etc.

52. Prædeterminavit Deus impiorum gehennam, sed non prædeterminavit impiorum culpam. *De Potest. et volunt. Dei.*

53. Quod Deus facturum fuit, prædeterminavit: quod autem facturus non fuit, sed permissurus, non prædeterminavit, sed præscivit. *Ibid.*

54. Prædeterminatio tria notat. Dei prævisionem, gratiæ infusionem, gloriæ ademptionem. *Super Epist. ad Rom.*, cap. 8.

55. Gemina est prædeterminatio, sive electorum ad requiem, sive reproborum ad mortem. *Prosec.*

56. Diversitatem mansionum, quæ in domo Patris celestis preparatae sunt, divine prædeterminationi coaptat, quæ salvandis pro beneficio dis-

ponentis parit diversa charismata gratiarum et numerum. *Lib. 2 de Nuptis cariat.*, cap. 22.

57. Uraque agitur virum divino iudicio, ut semper electos stupera et interiora sequi faciat; semperque reprobos, ut circa infima et exteriora delectentur, deserendo permittat. *Lib. 2, de Summa. bono*, cap. 6, sent. 1.

58. Nullus se putet electum, ne forte jam apud Deum sit reprobos. *Ibid.*, cap. 7, sent. 13.

59. Deus his, quos eligit sine meritis, dat unde ornentur et meritis. *Lib. 2 de Vocat. gent.*, cap. 35.

60. Prædeterminatio juvatur precibus Sanctorum est. 2, quest. 17, art. 4.

61. Divina prædeterminatio est fundamentum et principium primum salvationis hominum, in tantum quod nullus possit salvari, nisi eternaliter fuerit prædeterminatus. *Serm. 6, Dom. Septuages.*

SENTENTIA PAGANORUM.

62. Fidelis homo, electus homo est: electus homo, homo Dei est: homo Dei est, qui Deo dignus est: Deo dignus est, qui nihil indigne agit. *Sent. 1, 2 et 4.*

63. Dei proprium est salvare quos dignos iudicat. *Ibid.*, sent. 359.

Vide etiam tit. *Electio*, sent. 14, 46; *Præsentia Dei*, sent. 48, 49, 50, 51, 61; *Tractio*, sent. 3; *Vocatio Dei*, sent. 52.

PRÆDICATIO.

Etymologia. Prædicatio dicitur quasi prædica actio.

Divisio. Tria sunt genera prædicatorum, primi male vivunt, et male docent; secundi bene docent, sed male vivunt; tertii bene vivunt, et bene docent. *Super Gen.*, cap. 87.

Comparatio. Sicut tibia vehiculum sunt corporis, ita verbum doctrine vehiculum est cordis. *Super Proverb.*, cap. 26.

Sicut medicinae diversis antidotis et medicamentis diversa curantur ægritudines, et infirmitates corporum: sic multiplici modo prædicationis, ægritudines curantur animarum. *Serm. 8.*

Sicut cibus et delicis caro, ita spiritus verbis divinis convalescit. *Homil. 9, in cap. 16, Levitic.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Attende tibi, qui prædicas, et sollicite caveo, ne humanam potius laudem, gloriamque vanam aucuparis, quam salutem animarum sæctis, ac zeles. *Part. 3, serm. 2*, cap. 19.

2. Cujus vita despicitur, restat ut ejus prædicatio contemnatur. *Super Apocal.*, cap. 11, et S. Gregor. Magnus, homil. 12, super *Ezech.*

3. Prædicatio Christiana non indiget pompa,

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

S. PROSPER.

S. THOMAS AQUINAS.

S. VINCENT. FERBAH.

SIXTUS PHILOSOPH.

COLLECTOR.

HUGO CARD.

HUGO A S. VICTORE.

ORIGENES.

B. ALANUS DE RUPE.

S. AMBROS. & S. GREGOR. MAGNUS. S. AMBROS.

et cultu sermonis, ne hominum versutia et calliditate humana sapientia acceptabilis videretur, non veritate. Super I Cor. 1, super illud: *Non in sapientia*, etc.

4. Libere et iuxta fidem veram, sine adulatione Christum prædicantes, et gesta prave vitæ arguentes, gratiam apud homines non habent. Super I Cor. iv, in illud: *Usque in hanc horam curvatus*.

S. ANACLET.
PAPA.

5. Sane percussor ille Doctor dicitur, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum. In *Decretis Gratiani*, part. 1, distinct. 45, can. *Sane*.

S. ANTONIN.

6. Prædicatori vilesit Scriptura, cuius augetur curiositas magis quam devotio in auditoribus, et vanitas in loquendo. Part. 1, tit. 1, cap. 3, § 3.
7. Deum operibus provocat ad iram, qui populum vocibus delectat. Part. 2, tit. 4, cap. 5.

8. Cum magna attentione et affectu audienda est prædicatio, et cum silentio. Part. 2, tit. 2 de *Acedia*, cap. 41, § 1.

9. Bonus prædicator est, qui provocat populum ad luctum, non ad risum. Part. 3, tit. 18, de *Prædicatoribus*, cap. 4.

S. ANTONIUS
DE PADUA.

10. Sicut lingua canis est medicinalis, sic lingua Prædicatoris, qui est medicus animarum. *Prosec.*

11. Itaque Prædicator debet cum aviditate lingua prædicationis ulcers peccatorum curare, et cum lenitate lingere. *Serm. Dom. 1, post Trinit.*

S. ANTHANAS.
MAGNUS.

12. Sacros sacramentum præcones rerum, non ad imbecillitatem lectionis, sed ad eam, quæ requiritur vinctu materiamque et causam spectare oportet. *Serm. de sanctissima Deipara.*

S. AUGUST.

13. Debet divinarum Scripturarum tractator et doctor, defensor recte fidei ac debellator erroris, et bona docere, et mala dedocere, atque in hoc opere sermonis conciliare aversos, remissos erigere, nescientibus quid agatur, quid expectare debeat, inanimare. *Lib. 4 de Doctrina christi*, cap. 4.

14. Oportet eloquentem Ecclesiasticum, quando suadet aliquid quod agendum est, non solum docere ut instruat, et delectare ut teneat, verum etiam flectere ut vincat. *Lib. 4 de Doctrina christi*, cap. 13.

15. Agat eloquens cum et justa et sancta et bona dicit, ut intelligenter, ut libenter et obedienter audiatur: et hæc se posse si poterit, et in quantum poterit, pietate magis orationum quam oratorum facultate non dubitet, ut orando pro se ac pro illis quos est allocuturus, sit orator antequam dicit. *Prosec.*

16. Ipsa hora jam ut dicat accedens, priusquam exerat profertentem linguam, ad Deum levat animam silentem, ut enucleat quod biberit, vel quod impleverit fundat. *Ibid.*, cap. 15.

17. Si regina Esther oravit pro sua gentis temporali salute locutura apud regem, ut in os ejus Deus congruum sermonem daret: quanto magis orare debet, ut tale munus accipiat, qui pro æterna hominum salute in verbo et doctrina laborat? *Ibid.*, cap. 30.

18. Eos dixit Deus furari verba sua, qui boni voluti videri, loquendo quæ Dei sunt, cum mali sint faciendo quæ sua sunt: nec sane ipsi dicunt bona quæ dicunt, si diligenter attendas: quomodo dicunt verbis, quod negant factis? *Ibid.*, cap. 29.

19. Sicut est, ut teneatur ad audiendum, delectandus auditor: ita flectendus, ut moveatur ad agendum. *Ibid.*, cap. 42.

20. Quod minus habet peritia, suppleat diligentia: et quod eruditus loquacitatis erudat, letatis maturitas deoquat. *Lib. 4, de Anima, et ejus origine*, cap. 3.

21. Ut tu recte sapias, et alios non tantummodo delectare possis, verum etiam edificare quod loqueris, curam te oportet gerere de sermonibus tuis, remotis plausibus alienis. *Ibid.*, lib. 4, cap. 25.

22. Multi prædicant veritatem non caste, quia vendunt illam pretio commoditatum hujus sæculi. Super *Psal. xi*, vers. 7, *Eloquia casta*, etc.

23. In annuntiando verbo veritatis labor est. Super *Psal. xxxii*, conc. 2.

24. Qui dicit et non auditur est, alteri prodest, sibi non prodest. Super *Psal. xlviii*, conc. 1, vers. 4.

25. Prædicare veritatem nihil est, si cor a lingua dissentiat. Super *Psal. lvi*.

26. Prædicatio Dei præter Ecclesiam inanis est. Super *Psal. lxxii*.

27. Nemo debet cum trepidatione prædicare, unde non potest dubitare. Super *Psal. lxxxviii*, vers. 5.

28. Tutius veritas auditur, quam prædicari: quoniam cum auditur, humilitas custoditur: cum autem prædicatur, vix non surrepit cuius hominum quantalatenque jaectantia. *Tract. 67, super Evang. Joan.*, de cap. 13.

29. Unde vivatur necessitas est accipere, charitatis est, præbere, non tanquam venale sit Evangelium, ut istud sit pretium ejus quod sumunt, qui annuntiant unde vivunt. *Prosec.*

30. Qui vendunt Evangelium, magnam rem villi pretio vendunt: accipiunt sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino.

31. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Evangelii servant: non expectent ergo illi mercedem, nisi unde et isti salutem. *De Pastoribus*, cap. 2.

32. Non sic quaerunt homines charitate studiosa

quod prædicent ad imitationem, quomodo quaerunt iniquitate suspiciosa quod murmurent ad deceptionem. *Homil. 50, Ex quinquag. Hom.*

33. Audacter prædicabo, quia et vos publice male operari non erubescitis. Emendate igitur vitam, et emendabo verba: quiescite agere perverse, et ego quiescam mala vestra vobis improperare. *Serm. 47 ad Fratres in eremo.*

34. Fidelis justitiam prædicator, etiam si ab hominibus respuitur, absit ut apud Deum sui officii mercede fraudetur: res enim certa fit ad incertum, incertum autem dico, non premium facientis, sed animum audientis. *Lib. 1 contra Crescentium*, cap. 5.

35. Peccator si jùs sibi prædicandi usurpaverit, sibi nihil prodest, audientibus autem et facientibus non ipse, sed quod prædicat, prodest. *Ibid.*, lib. 2, cap. 29.

36. Nisi Deus interiore gratia mentem regat atque agat, nihil prodest homini omnis prædicatio veritatis. *Lib. 15 de Civitate Dei*, cap. 6.

37. Unusquisque Evangelii prædicator ita debet in Ecclesia laborare, ut defuncto fratri (hoc est Christo) suscitet semen. *Lib. 32 contra Faust.*, cap. 10.

38. Si quis tibi Christum prædicat, attende qualem prædicet, uti prædicet: Christus enim per Scripturas sanctas prædicatur. *De Cantico novo*, cap. 5.

39. Quando te prædicamus, terram calcamus ut tibi aperiamus: et ideo si reprehendimus, perturbamus: si laudamus, inflamur. *Tract. 57, super Joan.*

40. Merces prædicatorum est adjuvari orationibus auditorum. *De Cantico novo*, cap. 10.

41. Noli imitari malum prædicatorem, sed imitare bonum quod tibi prædicatur. *Tract. 5, super Joan.*

42. Prædicatores Domini ascendunt imitatione, descendunt prædicatione. *Ibid.*, tract. 7.

43. Quod male facit prædicator, non prædicat de cathedra Christi: inde lædit, unde male facit, non unde bona dicit. *Ibid.*, tract. 46.

44. Vobis inimicus officiorum verum prædicans. *Homil. 24, Ex quinquaginta homil.*, cap. 2.

45. Homo attentis auribus, quæ prædicantur, avido corde suscipiat. *Ibid.*, homil. 26.

46. Sermo datus multis, animi sapientia paucis. In suis *Proverbiis*, verbo *Sermo*.

47. Quidam passionem Christi ore prædicant, quam corde non sentiunt: oportet ut sincero Christo annuntiet, quod ore dicunt, corde sentiant. *Serm. de Nuptiis*.

48. Canales multos hodie habemus in Ecclesia, conchas vero perpaucas, tante charitatis sunt:

V. BEDA.

S. BERNARD.

per quos nobis fluenta coelestia emanant, ut ante infundere quam effundi velint, loqui quam audire paratiores, et prompti docere quod non didicerunt. *Serm. 48, super Cant.*

49. Hoc vanum est, quod plerumque ignorantia et tacetur quod est, et prædicatur quod non est. *Epist. 48, ad Petram cardin.*

50. Nec minus peccat is, qui verbum subtrahit in tempore opportuno, quam qui prava loquendo alios scandalizat. *Prosec.*

51. Nimis enim videtur avarus esse et invidus, qui verba gratis habita ad utilitatem proximorum negligit ministrare. *Lib. de Passione Dom.*, cap. 26.

52. Prædicatores nubes dicuntur, quia tonant minis, coruscant miraculis, pluunt doctrinis. Super *Psal. lxvii*.

53. Ille Doctor est Ecclesiasticus, qui lacrymas, non risum movet. Super *Lament. Hierem.*, cap. 1.

54. Erudiuntur omnes peccatores, ut prius vacent perfectioni propriae, et deinde adificationi alienae: quia (ut dicit S. Gerardo) cuius vita despiciatur, restat ut ejus prædicatio contemnatur. Super *Luc.*, cap. 1.

55. Doctor Scripturæ evangelicæ debet esse imunctus divina gratia, institutus mera obedientia, inflammatus benevolentia fraterna. In *Proemio*, super *Luc.*

56. Tria sunt signa evidentia, quibus probatur utrum prædicator a Domino sit missus. Primum, est auctoritas mittentis; secundum, est zelus animarum, in persona quæ mittitur; tertium, est fructificatio, et conversio auditorum. *Ibid.*, cap. 9.

57. Prædicator veritatis super omnia vitare debet vitium cupiditatis, alioquin non erit prædicator veritatis, sed adulator. *Ibid.*

58. Quatuor requiruntur in prædicando. Primum, est fidelitas consortii; secundum, est opportunitas loci; tertium, est docilitas populi; quartum, est effabilitas magistri. *Ibid.*

59. Magna est auctoritas prædicatorum, in quorum receptione Deus recipitur, et contemptum contemnitur. *Ibid.*, cap. x, in illud: *Qui autem me spernit*, etc.

60. In malevola lingua prædicatoris, si intus non adsit gratia Salvatoris, quæ dirigat verba mentis, frustra exterius expenditur omnis prædicatio veritatis. *Serm. 2 de Evang.*

61. Exaudi teipsum, durissime, immanissime, surdissime doctor: quid tibi lingua aurea, et cor ferreum? *Lib. 1 Pharetra*, cap. 15.

62. Officium prædicantis verbum Dei, est proprie errantes dirigere, et ad viam salutis revocare. *Dieta salutis* in *Proemio*.

63. Sermo rudis usque ad cor penetrat, poli-

S. BONAV.

tus autem pascit aures. Lib. *Medit. vite Christi*, in proemio.

64. Veri predicatorum dicuntur, quorum prædicatio habet auctoritatem, veritatem, et utilitatem. *De paupertate Christi, contra Magistram Guillelm.*, quest. 1, art. 2, in resp., argum. 18.

65. Prædicatio aspera, ægrotis medicamenta providet: sanis ornamenta componit. Homil. 15.

66. Bene atque utiliter prædicatur, si id quod ore promittit, factis impleatur. *De zelo et timore*, cap. 4.

67. Non oportet nisi copioso lumine Spiritus sancti repletum, statim ad loquendum accedere: ubi enim est inopia, ea avertit ignorantiam, ubi copia, non sinit loqui. *De Perfect. spirit.*, cap. 8.

68. Prædicator seu Doctor moderari debet sensum et stylum doctrinæ suæ, secundum audientium capacitatem. Super *Epist. I ad Cor.*, cap. iii. art. 3.

69. In prædicatione est distributio quedam donorum cœlius acceptorum. In suis *Opusc.*, collat. 11.

70. Prius prædicator haurire debet secretis orationibus, quod postea sacris ostendat sermonibus: prius intus calcescere, quam extra verba proferre. *Ibid.*, collat. 17.

71. Prædicatores vita sunt corporis, impugnatōres demonum, mundi lucerna. *Ibid.*

72. Laudandi sunt prædicatores illi, qui pro tempore sibi sapiunt, sibi que gustant: illi vero vituperandi qui prædicationi totum, devotioni vero nihil impendunt: alii etiam plangendi sunt, qui vendunt sepe quod faciunt, oleo vane laudis. *Ibid.*

73. Officium prædicationis Patri misericordiarum omni sacrificio est acceptius, maxime si fuerit studio charitatis impensum. *Ibid.*

74. Prædicator magis exemplo laboret, quam verbo: magis lacrymosa prece, quam loquaci sermone. *Ibid.*

75. Plangendus est prædicator, tanquam pietate privatus, qui in prædicatione non animarum salutem, sed propriam laudem querit: sive qui pravitate destruit vitam, quod edificat veritate doctrinam. *Ibid.*

76. Quid in Hierusalem vis loqui lingua Ægyptiaca? quid vis ex media parte loqui Azotice, qui judaice debes? Angelus enim Dei es, qui sacri profiteris verbi mysterium. *Prose.*

77. Evangelice ex toto loquere, qui vir Evangelicus es. Serm. 16, super *Cont.* apud D. Bernard.

78. Student jam prædicatores magis alta quam apta dicere, facientes apud infirmas intelligentias miraculum sui, non ipsorum salutem operantes. Serm. 27, super *Cont.* D. Bernard.

S. CÆSARIUS
ARELAT.
S. CYRILLUS.

S. DIADOCH.

DIONYSIUS
CARTUSIUS.

S. FRANCIS
ASSISIENSIS.

GILBERTUS
ANGLUS.

79. Non tam debes attendere, quæ te dicere doceat, quam quæ debeant audire quos instruis. *Ibid.*

80. Quidam prædicatores dnm auditoribus longo pertoso silentio, et quasi quadam subtristis acedia exhilarare volunt petulantibus lascivia lingua, post utilia proficiunt ad securitiam, et modico frumento multum zizaniorum, aut præseminant, aut sursseminant. *Ibid.*, serm. 31.

81. Prædicatores, qui loquuntur placencia, doctrinæ panem in risum faciunt. *Ibid.*

82. Prædicare nemo potest, nisi mittatur. In *Decret. Gratiani.*

83. Prius debet orare prædicator, ut sermo Dei currat et fructificet in auditoribus. Super illud *Gen. xxiv: Domine Deus domini mei Abraham.*

84. Prædicationem arrogantium nullus admittet, si non aliquid humilitatis imagine permiscerent. Super *Job.*, cap. 31.

85. Stulti sunt, qui non querunt proficere, sed laudem sibi acquirere. Super *Ecclesiasten.*, cap. 9.

86. Multi prædicant magis ut alliciant, quam ut proficiant. *Ibid.*, cap. 10.

87. Qui tractat, debet audientium considerare personas, ne prius irideat, quam audiat. Super *Luc.*, cap. 9.

88. Tanta Prædicatori debet esse fiducia in Deo, ut presentis vite sumptus et si non provideat, tamen non defecturus certissime sciat, ne dum occupatur mens ad temporalia, mimis prædicet æterna. *Ibid.*, cap. xvii, super illud: *Nolite portare sacculum, etc.*

89. Qui indoctus officium docendi usurpat, et Christum non sinceriter nuntiat, majorem damnationem meretur, quam si solus suo scelere periret. Super illud *Jacobi 3: Mafus judicium sumitis.*

90. Magnum est officium prædicationis, unde necesse est, ut qui illud exercere debent, et firmentur virtute sanctitatis, et utantur libra discretionis. Super *Apocal.*, cap. viii.

91. Tanta debet esse discretio in prædicatione sacerdotis, quasi forte caruerit, tanquam torto naso sacerdotalis officii judicium indignus. In *Decret.*, part. 1. dist. 43, can. *Dispensatio, § Pariter.*

92. Prædicator permissor dicitur, qui sermone inutili infirmorum conscientiam vulnerat.

93. Gravis moror est, duris cordibus infructuose prædicare. Lib. 35 *Moral.*, cap. 9, num. 11.

94. Sanctorum prædicatio solo caritatis ardore flammescit. *Ibid.*, lib. 2, cap. 27, num. 33.

95. Infima ætas, etiam cum recesapit, ad prædicandum non debet incaute prosilire. *Ibid.*, lib. 11, cap. 4.

GLOSS. DEC.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GRATIANS.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

96. Necesse est, ut cum audientium utilitati quis non proficit, mentem ejus fama laudabilis, non elevet, sed faliget. Lib. 22, cap. 5.

97. Cœlestia prædicantes, tanto robustius adversa tolerant, quanto et per tolerantiam suam animarum comoda loquopletius reportant. *Ibid.*, lib. 35, cap. 10, num. 16.

98. Ille uberes fructus prædicationis colligit, qui semina bonæ operationis præmittit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 16.

99. Non est perfectus prædicator, qui vel propter contemplationis studium operanda negligit, vel propter operationis instantiam contemplanda postponit. *Ibid.*, cap. 17, num. 25.

100. Ad supernum desiderium inflammare auditores suos nequeunt verba, qua frigido corde profiterent. *Ibid.*, lib. 8, cap. 26, num. 30.

101. Qui ad veræ prædicationis verba se præparat, necesse est ut causarum origines a sacris paginis sumat: ut omne quod loquitur, ad divinæ auctoritatis fundamentum revocet, atque in eo edificium locutionis suæ firmet. *Ibid.*, lib. 18, cap. 14, num. 14.

102. A bonis prædicatoribus non causa victus prædicatio impenditur, sed causa prædicationis accipitur victus. *Prose.*

103. Datum, est res ipsa, qua impenditur: fructus vero dati est, si benigna mente futura mercedis studio aliquid impendatur. *Ibid.*, lib. 49, cap. 10.

104. Prædicatores sancti facta sua referunt, ut venerationi sint; appetunt, ut reverenter audiantur. *Ibid.*, cap. 24, num. 49.

105. Prædicatores honorem propter elationem fugiunt, et honorari propter imitationem volunt. *Ibid.*

106. Debet subtiliter is qui docet prospicere, ne plus studeat quam ab audiente capiatur, prædicare. *Prose.*

107. Debet prædicator ad infirmitatem audientium semetipsum contrahendo descendere, ne dum parvis sublimia, et idecirco non profutura loquitur, se magis curet ostendere, quam auditoribus proficere. *Ibid.*, lib. 20, cap. 2, super illud *Job xxix: Super illos stillabat eloquium.*

108. Solum prædicatores justis auditoribus suos oburgando corripere, solent in eorum vitis districta increpatione sevirere. *Ibid.*, lib. 24, cap. 9, super illud *Prov. xiv: In ore stulti virgo superbia.*

109. Magna prædicatorum consolatio est, subsequens profectus auditorum. *Ibid.*, lib. 35, cap. 9, num. 11.

110. Prædicationis officium tutius declinat, nec laudem declinari pertinaciter debet, cum ad

suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. Part. 4 *Pastor.*, cap. 7.

111. Oportet ut prædicatores sint fortes in præceptis, compatientes in infirmitatibus, in minis terribiles, in exhortationibus blandi, in ostendendo magisterio humiles, in tolerandis adversitatibus rigidi. Lib. 30 *Moral.*, cap. 9, num. 19.

112. Omnes qui prædicationis officium in Ecclesia tenent, cœlum recte vocati sunt; quia nimirum sapere cœlestia creduntur. *Ibid.*, lib. 2, cap. 20, num. 26.

113. Ad regnum æternæ beatitudinis pervenire non valet, qui non vult opere implere quod docet. *Prose.*

114. Cujus vita despicitur, restat ut ejus prædicatio contemnatur. Homil. 2, super *Evang.*

115. Non facile prædicatio ejus accipitur, si levis in moribus esse videatur. Homil. 9, super *Ezech.*

116. Nulla erit maturitatis ostensio, si contra adversa omnia non afferit operis fortitudo. *Ibid.*

117. Vita prædicantium sonat et ardet: ardet desiderio, sonat verbo. *Prose.*

118. As candens est prædicatio accensa: sed de candente aere scintilla procedunt, qua de prædicatorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. *Ibid.*

119. Recte prædicatorum verba scintilla appellata sunt, quia eos quos in corde tetigerint, incendunt. *Ibid.*

120. Cum prædicatores sancti de cœlesti patria loquuntur, non tantum valent aperire verbo, quantum possunt ardere desiderio. *Ibid.*

121. Verbum prædicationis semen in corde audientis est: et auditor bonus inde profert postmodum magnam messen scientiæ, unde parum prius acceperat semen linguæ. *Ibid.*

122. Dux sunt prædicatorum vitæ: activa scilicet et contemplativa; sed activa prior est tempore, quam contemplativa, quia ex bono opera tenditur ad contemplationem. *Ibid.*

123. Omnis prædicator intentia semper debet mente pensare, ne qui missus est lapsos erigere, ipse in pravitate operis cum lapsis cadat. *Ibid.*

124. De prædicatore ore prædicatio audientibus dulcis est, quando eorum actio contraria suis prædicationibus non est: quia de propria vita sumit, quod per linguam proximis conferunt. *Ibid.*, homil. 10, super illud: *Et comedit illud, etc.*

125. Prædicatoris vita semper in alto debet fixa permanere, ut more narium discernat flores vitiorum, odoresque virtutum. *Ibid.*, hom. 14, super illud *Joan. v: Ille erat lucerna ardens, etc.*

126. Necesse est ut semper sermo prædicantis,

eum auditorum debeat qualitate formari: ne aut verendum aspera, aut impudentibus levia loquatur. *Ibid.*

427. Prædicatores sancti ut possint proximum perfecte diligere, student in hoc sculo nihil amare, nihil inquam appetere, nihil etiam cum appetitu possidere. Homil. 5, super *Evang.*

428. Qui locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare; ut ex ipsa mansuetudine iram savientium mitiget, et peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanat. Homil. 17, super *Evang.*

429. Verus quisque prædicator, non ideo prædicare debet, ut in hoc tempore mercedem recipiat; sed ideo mercedem recipere, ut prædicare subsistat, alioquin æterna mercede se privat. *Ibid.*, super illud *Luc. x: Dignus est operarius mercede sua.*

430. Pensate quantæ damnationis sit, sine labore percipere mercedem laboris: et quanti criminis, peccatorum prælium manducare, et nihil contra peccata prædicando agere. *Ibid.*

431. Quisquis pro humanis favoribus, quisquis pro terreno commodo verbum Dei prædicat, in conspectu Domini verbum illud animæ non profertur. Lib. 1, in *I Regum, Exposit. allegor.*, cap. 4, super illud: *Vinum et omne quod inebriare potest non tibi.*

432. Bonum prædicationis tunc bene impletur, cum prædicator (qui sublimis est verbo) humilis esse satagit ministerio. *Ibid.*, lib. 2, *Exposit. Moral.*, cap. 4, super illud: *Infirmi accincti sunt robore.*

433. Prædicator carnalis dicitur lucerna per officium, cæcus per intentionem: quia dignitate fungitur præbendi luminis, sed mentem figit in tenebris vanitatis. *Ibid.*, cap. 3, super illud: *Jacebat in loco suo.*

434. Catholici viri prædicatio complectur, quæ in veritate sacri eloqui recte cognoscitur. *Ibid.*, super illud: *Et venit sermo,* etc.

435. Si magnus est labor prædicationis, tanto devotius ferri debet, quanto majora luera mercedis habet. *Ibid.*, lib. 4, cap. 4, super illud: *Cui erant quæque optima Israel?*

436. Prædicatores eum gratiam divinæ prædicationis accipiunt, non accipiunt solam scientiam verbi, sed virtutem amoris: ut per verbum aliis prodesse valeant, et per verbis amore ipsi meliores fiant. *Ibid.*, cap. 5, super illud: *Et mutabitis in virum alium.*

437. Sine Spiritus sancti gratia, prædicator carnalis est: et quod loquitur non ad dignitatem prædicationis referri potest, sed ad usum temeritatis. *Ibid.*, super illud: *Et venerunt et omnia signa.*

438. Prædicator doctrinam veram signat, quando non solum docet, sed quod docet operando exorcet. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4, super illud: *Quæ erant in manu meâ,* etc.

439. Necessè est ut hi qui verbo sanctæ prædicationis moment, prius studio bonæ actionis evigilent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce. Part. 3, in *Pastoral.*, admonit. 6.

440. Tot habet loca prædicator sanctæ Ecclesiæ, quot profectus vite. Lib. 3, in *I Regum*, cap. 1, super illud: *Abiit ergo Samuel, et dormiit,* etc.

441. Difficile est ut qualibet recta demeritis prædicator, qui non diligit, libenter audiat. Part. 2, *Pastoral.*, cap. 8.

442. Majus est miraculum, prædicationis verbo peccatorem convertere, quam carne mortuum resuscitare. *Prosec.*

443. In isto enim resuscitatur caro iterum mortuaria, in illo vero anima in æternum victura. Lib. 3 *Dialogi*, cap. 47, verbo *Si visibilia.*

444. Turpe nimis est, ibi nos negligendo cadere, unde prædicando conati sumus alios levare. Homil. 18, super *Ezech.*, in illud *Prov. xvi: Anima laborantis laborat sibi.*

445. De prædicationis labore laudem transitoriam querere, quid est aliud quam rem magham vili pretio vendicare? *Ibid.*, homil. 21, super illud *Philip. ii: Nec querentes gloriam.*

446. Otiosus est sermo Doctoris, si præbere non valet incendium amoris. Homil. 30, super *Evang.*

447. Perfectus prædicator, ut exemplum det abstinentiæ, crucem portare debet in corpore: et quia in se trahit danna infirmitatis alienæ, crucem portare debet in corde. *Ibid.*, homil. 32.

448. Quot sunt dona prædicationum, tot sunt ornamenta colorum. Homil. 30, super *Evang.*

449. Manifestatur virtus prædicationum, ubi surgit seges animarum. Lib. 6, in *Registro*, ind. 15, cap. 472, epist. 8, ad *Stephan. episc.*

450. Nimis iniquum est, si hi qui prædicatores humilitatis facti sunt, de vani nominis elatione gloriuntur: cum verus prædicator dicat: *Militi autem absit gloriari, nisi,* etc. *Ibid.*, cap. 159, epist. 5, ad *Cyriacum episc.*

451. Clamare prædicatoribus est, electorum salutem magna devotione postulare. Lib. 5, in *I Regum*, cap. 2.

452. Prædicatores, sancti et sublimes esse debent, non solum opere, sed etiam contemplatione: extrema pars est sublimitatis operis, infima vero illa contemplationis. *Ibid.*, cap. 4.

453. Non potest in prædicatione venerabiliter recipi, qui prius in se honorem ministerii non præfert luce bonæ conversationis: apparet vere doctor, non tam cum verbis loquitur, quam cum

vita et moribus venerabiliter demonstratur. *Ibid.*

454. Qui laudes transitorias de verbi prædicatione requirunt, deficient, cum non laudantur: quia nullo vigore verba proferunt, quæ non laudari cernunt. *Ibid.*

455. Qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium nequaquam suscipere debet. Et hab. apud D. Bonavent., super *Luc.*

456. In vacuum laborat sermo doctoris exterior, si interior non sit Spiritus sanctus, qui illustret eorum auditoris. Serm. in *Die Pent.*

457. Sub nomine Christiano quamplurimi sunt falsi doctores: nec doctores, sed seductores: non prædicatores, sed prædatores. Sermone *ser. 3, Pentec.*

458. Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur: lacrymæ auditorum, laudes tuæ sint. Epist. 2, ad *Negotian. D.*

459. Sermo presbyteri Scripturarum lectione conditus sit. *Ibid.*

460. Verba volvere, et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indolentium hominum est. *Prosec.*

461. Atrita frons interpretatur sæpe quod nescit, et cum aliis persuaserit, sibi quoque usurpat scientiam.

462. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam, et indoctam concionem linguæ volubilitate decipere, que quicquid non intelligit, plus miratur. *Ibid.*

463. Prædicator continentię nuptias ne concludat. *Ibid.*

464. Frustra ejus lingua prædicat paupertatem, et docet elemosynas, qui Crossi divitibus tumet, vilique opertus pallio, pugnat contra lineas vestium sericarum. Epist. 16, ad *Principiam.*

465. Licet hydra sibilat, victorque Sinon incendia jactet, nunquam meum, juvante Christo, silebit eloquium, etiam præcisa lingua balbutiet. In *Prefat.*, super *Esdram.*

466. Difficile dignus Præco Christi inveniri potest, qui in annuntiando verbo Dei, non suam, sed ejus querat gloriam, quem prædicat. Epist. 28, ad *Hedibium*, quest. 11.

467. Omnis Doctor, qui austeritatem Scripturarum, per quam potest audientes corrigere, verit ad gratiam: et ita loquitur ut non corrigat, sed delectet audientes, vinum sanctarum Scripturarum violat, atque corrumpit sensu suo. Lib. 1, super *Isaiam*, cap. 1, super illud: *Cæpones tui miscent vino aquam.*

468. Ille est doctor ecclesiasticus, qui lacrymas non risum movet, qui corripit peccatores, qui nullum beatum, nullum dicit esse felicem ante

mortem. *Ibid.*, lib. 2, cap. 3, super illud: *Quæ beatum te dicunt.*

469. Qui speculator futurus est, et Dei verba populo narraturus, multo tempore debet quiescere, et dolere ad ea quæ videat, nihilque habere eorum in conscientia, quæ in aliis corrupturum est. Lib. 4, super *Ezech.*, cap. 3, super illud: *Cum autem pertransissent,* etc.

470. Magnum discrimen est Dei tacere sermones, ob triplicem causam: vel propter timorem, vel propter pigritiam, vel propter adulationem. *Ibid.*, super illud: *Si dicente me ad impium,* etc.

471. Confusio et ignominia est, Jesum crucifixum, Magistrum pauperem atque esurientem falsis predicare corporibus: jejuniorumque doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre. Lib. 4, super *Micæam*, cap. 2, super illud: *Duces populi mei,* etc.

472. Dicuntur verba sapientum pungere, non palpare: sed errantibus penitentia dolores et vulnus infigere: si ejus sermo non pungit, sed oblectationem facit audientibus, iste non est sermo sapientis, Super *Ecclesiasten*, cap. 12, super illud: *Verba sapientum ut stimuli,* etc.

473. Omne quod loquimur, debemus affirmare de Scripturis sanctis: non habet tantam auctoritatem sermo dicentis, quantum Domini præceptorum. Super *Ps. cxxii*, vers. 4: *Dominus regnavit,* etc.

474. Bonus sermo est, qui docet virtutes sequendas, vitia fugienda: malus, qui ad peccata provocat, et pronos magis incitat ad ruinam. Lib. 2, super *Epist. ad Ephes.*, cap. 4.

475. Frustra laborat lingua Prædicatoris, nisi interior operetur gratia illustratoris. In *Annot.*, super *I ad Cor.*, in illud: *Neque qui plantat,* etc.

476. Prædicator debet esse sanctus, doctus, discretus, maturus, facundus, honestæ conversationis, constans, inlegre famæ, humilis, affabilis, missus. Lib. 4 de *Proprietate rerum*, cap. 14.

477. Prædicator debet accipere, ut prædicet: non autem prædicare, ut accipiat. De *quest. circa Epist. I ad Tim.*, quest. 28.

478. Tria solent in prædicatore requiri, sanctitatis conversationis, perfectio scientiæ, eloquentia ad gratiam. Ut sermo sit sanctus, sit prudens, sit illustris. Lib. 4, *Miscell.*, codic. 2, tit. 64.

479. Bona Domini sunt, paupertas, angustia, fames, vilitas, humilitas, morum honestas, animarum zelus, doctrinæ pabulum: quæ quasi divitias pauperibus erogandas debet portare secum prædicator: ut tanto citius ad sequendum Deum persuadeat, quanto auditoribus in seipso monstrat quod prædicat. Super *Gen.*, cap. 24.

480. Prius debet orare Prædicator, ut sermo Dei currat, et fructificet in auditoribus. *Ibid.*, cap. 24.

181. Quatuor necessaria sunt prædicatori: Operis exemplum, doctrinæ verbum, castitatis liliun, fidei perfectio. *Ibid.*, cap. 24.

182. Tria sunt genera prædicatorum: Primi male vivunt, sed male docent; secundi bene docent, et male vivunt; tertii bene vivunt, et bene docent. *Ibid.*, cap. 37.

183. Quinque sunt prædicatori necessaria: latitudo dilectionis, strenuitas prædicationis, auctoritas missionis, puritas intentionis, honestas sermonis. *Ibid.*, cap. 49.

184. Prædicatio debet esse interpolata, non assidua, ne vilescat: si enim prædicatio rara est, non sufficit: si assidua, vilescit. Super *Jonæ*, cap. 6.

185. Prædicator sit sapiens, sit eloquens, sit humilis, sit patiens, aliter non prædicat. *Ibid.*

186. Nisi prædicator oculum fuerit, stallatus virtutibus, altus vita, clarus scientia, conexus humilitate, inceptatio sua plus nocet, quam juvat. *Ibid.*, cap. 10.

187. Prædicator eo ipso quod bona aliis prædicat, ad ea faciendum se obligat: et ne in aliqua parte ad malum defluat, hincitua propria voce undique obsecrat. Super *Job*, cap. 39.

188. Prædicator debet esse dies et nox. Dies, subtilia sapientibus: nox, simplicibus grossa prædicando. Super *Psaln.* xviii.

189. Quatuor sunt necessaria prædicatori: testimonium conscientie, exemplum operis, zelus animarum, scientia. Super *Psaln.* xxxix.

190. Si prædicator sit minister in effectu, debet nihilominus esse humilis in affectu: ut non ambiat honorem, nec de exhibitio gaudeat. Super *Psaln.* civ.

191. Prædicatores boni habitant mente et desiderio in celo, non in terra: ideo descendunt, quando terrenis condescendunt. Super *Psaln.* cv.

192. Sicut scholæ sine Doctore deficient a profectu, sic populus sine prædicatore cadit a statu proficiendi. Super *Prov.*, cap. 14.

193. Sicut librix veliculum sunt corporis, ita verbum doctrinæ veliculum est cordis. *Ibid.*, cap. 26.

194. Boni prædicatores sententias meliores et veriores et utiliores auditoribus sibi studendo incorporant: ut postea docendo vel prædicando refundant. Super *Ecclesiast.* cap. 11.

195. Non magis querat ornatum verborum, quam fructum auditorum. Super *Ecclesiast.*, cap. 4.

196. Verus prædicator verbum quod prædicat, rationibus et auctoritatibus et operibus ædificat. *Ibid.*, cap. 49.

197. Tota vita et opera prædicatoris debet sapientia, sive doctrina circumdari: ut quod docet faciat et quod facit doceat. *Ibid.*, cap. 21.

198. Prædicator, qui subtilitibus vacat, et sibi, et aliis, qui cum audient, lumen veritatis auferit. *Prose.*

199. Furatur, subtilitates fingendo: maculat seipsum, studendo, perdit auditores, decipiendo. *Ibid.*, cap. 21.

200. Non mimice, aut rhythmicè prædicandum est, sed cum fletu et gemitu. *Ibid.*, cap. 23.

201. Tempus prædicandi est, cum quis bene didicerit, et bene vixerit, alioquin tempus est tædendi. *Ibid.*, cap. 20.

202. Nullus est idoneus, ut mittatur ad prædicationis officium, nisi prius defectus suos cognoverit et defecerit, ut humilitatem in se custodiat, et aliis melius compati sciat. Super *Isa.*, cap. 7.

203. Ne hodie multi more columbe pascentis pullos suos, grana integra portant in gutture, et nihil in ventrem anime traheant. *Ibid.*, cap. 21.

204. Isti debent esse sermones prædicatoris, quæ scilicet Deus mandat, non otiosa, non turpia, non iniqua. *Ibid.*, cap. 34.

205. Prædicatio debet provocare amorem, incutere timorem, et inferre Pudorem. *Ibid.*, cap. 54.

206. Multi prædicatores tantum ignem et malleum habent in ore, sicut jocularores qui ignem habent in ore, flatum emittunt alios comburendo, et ipsi frigidi manent. Super *Hierem.*, cap. xxxii.

207. Tria requiruntur in prædicatore: etatis maturitas, compassionis pietas, meditationis assiduitas. Super *Ezech.*, cap. 1.

208. Prædicator primo in se debet habere quæ post modum possit aliis prædicando ministrare. *Ibid.*, cap. 4.

209. Ipsa prædicatione prædicator ad majora proficit, cum sensus audientium ad Dei desiderium provehit. Super *Matth.*, cap. v.

210. Prædicator debet esse fulgens, urens, findens, fetens, de doctrina fulgeat, exemplo ureat, discretione findat, sibi fetat memoria peccatorum. *Ibid.*, cap. 28.

211. Bona vita proleotrix est prædicatoris. Super *Joan.*, cap. 12.

212. Sapiens est prædicator, qui plus attendit operi, quam sermone: cujus verba sunt opera, quæ audiuntur a silentio: quia quod silet a prædicatione, prædicat tamen in operatione. Super *I Thess.* 4.

213. Clamor principis est sermo superbi prædicatoris, cujus lingua magniloqua, sed operatio nulla. *Ibid.*, super illud *Eccles.* ix: *Clamor Principis, etc.*

214. Prædicatio si nulla est, animo arescit: si nimis, vilescit, et ideo medium ponendum est. Super *I Thess.* iii.

215. Tante virtutis est prædicatio, quod animam revocat ab errore ad veritatem, et a vitiis ad virtutes. *Prose.*

216. Præva mutat in recta, aspera convertit in plana, instruit fidem, erigit spem, et roborat charitatem: evellit nociva, plantat utilia, et fovet honesta.

217. Est via vitæ, scala salutis, et janua paradisi. In *Profat.* ante serm. 1, Advent.

218. Prædicator debet habere aurum, argentum, et balsamum: videlicet sapientiam et eloquentiam, et honestatem: ut quod dicat, intelligat, et quod dixerit et intellexerit, agat. *Ibid.*

219. Ad eruditionem fidei, et ad informationem vitæ, atque ad fundamentum et ædificium debet intendere prædicator, confirmando quod dicit, auctoritatibus, rationibus, et exemplis, ut funiculus triplex difficile dissolvatur. *Ibid.*

220. Duplices congregat questus, rerum spiritalium dispensator, lucrum non solum in filius qui audit profectu, verum etiam in sua prædicatione consequitur, non minus semetipsum ad desiderium perfectionis accendens, dum instruit auditorem. Collat. 22, *Abb. Theonæ*, cap. 1.

221. In prædicatione sumum auditores quibus remedium capiant: innoxius vero cautior fiat, ut ne capiat, et aliquando reus fiat. Homil. 6, super *Gen.*

222. Si quid dicitur absque Scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens nunc hesitans: ubi vero et Scriptura divinæ vocis prædicit testimonium, et loquentis sermonem et audientis animum confirmat. Hom. super *Psaln.* xcv.

223. Clamor prædicatoris non asper sit, non injucundus: sed omni musice harmonia suavior, quo nil auditorum aures possit vehementius demulcere. In princ. *Prologi*, super *Joan.*

224. Miser et ærumnose, ac proditor, flosculos verborum et compositionem et harmoniam curiosus sectaris, ut causas, non ut prosis: ut sis in admiratione, non ut doceas: ut oblectes, non ut compungas: ut plausu et laudibus oblectis abas, non ut mores componas. Homil. 30, super *Acta Apost.*

225. Qui prædicationis suscipit officium; non oportet mollem esse, sed fortem et robustum. *Prose.*

226. Neque attingere quisquam debet præclari hujus numeris functionem, nisi paratus sit milites animam suam tradere in mortem atque discriminationem. Homil. 6, de *Laudibus divi Pauli.*

227. Prædicator primo auditorem sibi familia-

rem et benevolum reddere debet. Homil. 2, super *Epist. ad Colos.*

228. Molens est, animarum doctor, medicus minime percutit, verum etsi forte se æger percussisset, corrigit, emendat, et curat. Homil. 2, super *Epist. ad Tim.*

229. Si hodie nemini persuaseris, persuadebis postredie: et si nunquam persuaseris, mercedem tamen prædicationis tuæ integram habebis. Etsi non omnibus, paucis tamen ex multis persuadere poteris. *Prose.*

230. Nam neque Apostoli universo orbi persuaserunt, licet cum omnibus disputaverint, et mercedem pro omnibus assecuti sunt.

231. Noli igitur, cum orbem terre salvum facere non possis, etiam parva contemnere: neque majorem desiderio, a parvis te abstrahas.

232. Si centum nequis, decem circum suscipias: si decem non possis, noli quinque despiciere: si quinque vires tuas excedant, unum ne contemas. Quod si ne hoc quidem possis noli desperare, noli labori cedere. Homil. 3, super *I Cor.*

233. Veluti a prædicatione aliena atque superflua, profanas vocum novitates devita. Homil. 5, super *II Tim.*

234. Pascere oves pabulo prædicationis, sicut est officium magnæ dignitatis ac pietatis, sic grandis in eo difficultas invenitur. *Prose.*

235. Si magnum est pascere protinus moturam, ut interim vivat: animam in æternum victuram, quam pretiosum est pascere, ne percat? Sermon. in *Concilio Rhenensi*, consid. 2.

236. Exigitur ad officium prædicationis ingenium velox, solers atque versatile, velut in non prospecto tempore a dextris, a sinistris, ante, retro, sursum et deorsum. *Prose.*

237. Exigitur eloquentia torrens et vehemens, suavis et suavis, copiosaque, ne adhaereat lingua palato et arescat. *Ibid.*, consid. 3.

238. Spectat ad pastorem doctorem constantia, spectat prudentiam, spectat pudicitiam: ut sit in eo facultas, veritas, et bonitas. *Ibid.*, consid. 3.

239. Neque gladiator plus habere debet animam in manibus, hoc est, vitro morti dare, quam prædicator. *Ibid.*

240. Habet prædicator linguam et linguam: linguam pro subditis, et linguam pro Dominis et Prælati. *Ibid.*, consid. 3, provis. 2.

241. Non est sermo prædicantis otiosus, quem inflammant ignis divini amoris. Lib. 1 de *Regin. claustr.*

242. Si verus prædicator fieri vis, fac primo quæ jubet Deus, deinde et alios doce: ne si prius docere presumpseris quam facere, reprobus ef-

CINNOG. III

JOAN. CASO.

S. JOANNES
CHRYSOST.

JOAN. GERS.

JOAN.
TRIST.

ficariis. In cap. 2, *Regulo S. Bened.*, verbo *Prohibet*.

243. Prius vita quam doctrina requirenda est: plus enim placet tacens virtuosus, quam iniquus verbosus. *Ibid.*

244. Oportet prædicatorem Dei prudentem esse atque sollicitum, ut sciat quem, ad quos, quando et qualiter debeat proferre sermonem, ne per imprudentiam aut tacenda proferat, aut per ignaviam silentio proferenda tegat. Epist. 21 ad *Patr. Bernard. Minorit.*

S. ISIDORUS
HISPALENSIS

245. Doctrina sine adjuvante gratia, quamvis infundatur auribus, ad cor nunquam descendit: foris quidem persitrepit, sed intus nihil proficit. *Prose.*

246. Tunc autem Dei sermo infusus auribus ad cordis ultima pervenit, quando Dei gratia mentem interius, ut intelligat, tangit. Lib. 3 de *Summo bono*, cap. 10, sent. 1.

247. In omni Doctore Ecclesiastico, quod sequatur, quid doceat, quomodo vivat, inquirunt. *Ibid.*, cap. 36, sent. 5.

248. Multi sunt, qui in verbo doctrinæ, non humiles, sed arrogantes existunt: qui et ipsa recta que prædicant, non studio correctionis, sed vitio elationis annuntiant. *Ibid.*, cap. 41, sent. 3.

249. Rudibus populis, seu carnalibus plana atque communia, non summa atque ardua prædicanda sunt; ne immensitate doctrinæ opprimantur potius, quam erudiantur. *Ibid.*, cap. 43, sent. 4.

250. Carnalibus animis, nec alta nimis de celestibus, nec terrena convenit prædicare, sed modiciter, sicut initia eorum moresque desiderant. *Ibid.*

251. Ingenium boni prædicatoris est, incipere a laudibus eorum, quos salubriter oburgatos corrigere cupit. *Ibid.*, sent. 8.

252. Pro malo merito plebis, aufertur doctrina prædicatoris: pro bono autem merito audientis, tribuitur sermo Doctoris. *Ibid.*, cap. 44, sent. 1.

S. LEO I.

253. Quam sincerus sit catholici dogmatis prædicator, ipsis vita et professione clarescit. Epist. 69, ad *Martian. August.*

LEODIVICUS
HILSIENSIS

254. Qui humiliter de se non sentit, qui Deum non diligit, elinguis est et infans, quantumlibet eruditus esse videatur atque elegans. In *Canon. vita spirit.*, cap. 16.

NICOLAUS
PAPA.

255. Dispensatio est nobis celestis seminis injuncta: vae, si non sparsimus: vae, si tænerimus. Et habet. in *Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 43, can. *Dispensatio*.

PETR. BLES.

256. Se interim, qui verbum prædicationis indigne presumit. Epist. 13, ad *Monach. Novit.*

257. Si prædicare affectas, prius docearis, quod docere te oporteat. *Ibid.*

258. Litteratus evangelicæ eruditionis, quid, de quo dicat, quid, propter quid, et quid secundum quid, pie et diligenter attendat. *Ibid.*, serm. 31 de *S. August.*

259. Prædicator debet terrere per supplicia, mulcere per præmia: vinum prædicatio sapit, dum penarum incutit timorem: oleum effundit, dum inculcat supernorum amorem. *Ibid.*, serm. 38.

260. Virtutum prædicatio, Dei est glorificatio. Lib. 2, epist. 10, ad *Abbatiss. quondam*.

261. Quisquis per injunctæ prædicationis officium, ad pugnandum alios incitat, sed ipse non pignat, illi similis est, qui buccinæ clangoribus obstrepit, sed congressi cominus non presumit. Lib. 4, epist. 15.

262. Qui captus est amore pecunie, nunquam idoneus est ad ministranda verba doctrinæ. *Prose.*

263. Illis idonei sunt ad prædicationis officium, qui nullum terrenæ facultatis possident lucrum. *Opusc. 24*, cap. 6.

264. Debet Doctor Ecclesie prædicare, quod audiat crediturus: quia sine prædicatione nullus erit auditus. *Prose.*

265. Si ergo quilibet sine prædicante non audit, sine auditu non credit, sine fide non intelligit, sine intellectu bene non agit:

266. Verbum Dei prædicandum est, ut audiens credat, credens intelligat, et intelligens bonum opus perseveranter exerceat. Lib. 1 de *Vita contemplat.*, cap. 19.

267. Ille cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sancte vivat, et tamen si perditæ viventes arguere aut erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierunt, perit; et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? *Ibid.*, cap. 20.

268. Non debet Ecclesie Doctor de securati sermonis ostentatione jactare, ne videatur Ecclesiam Dei non velle edificare, sed magis se quantæ sit eruditionis ostendere. *Prose.*

269. Non igitur in verborum splendore, sed in operum virtute totam prædicandi fiduciam ponat.

270. Non vocibus delectetur populi acclamantis sibi, sed fletibus; non plausum a populo studeat expectare, sed gemitum. *Ibid.*, cap. 23.

271. Hoc specialiter Doctor Ecclesiasticus elaborat, quo fiant qui audiunt eum, sanis disputationibus meliores, non vana assentatione fautores. *Prose.*

272. Lacrymas quas vult a suis auditoribus fundi, ipse primitus fundat, et sic eos compunctione sui cordis accendat. *Ibid.*

273. Tunc Prædicator ministerium suum ho-

PETR. CHEL.

S. PETR.
DAN.

SEBAST.

S. PROSPER

MAXIMUS
PHILOSOPH.

S. REMIGIUS

norificat, quando secundum illud quod prædicat, vivere studet. Super *Epistolam ad Romanos*, cap. 11, can. 13.

S. THOMAS
AQUINAS.

274. Nemo debet prædicationis officium assumere, nisi prius fuerit purgatus, et in virtute perfectus. Part. 3, quæst. 41, art. 3.

SENTENTIE PAGANORUM.

275. In concione de virtute loqueris, in prælio præ ignavia tube sonitum perferre non potes. Lib. 4 de *Arte Rhet.*

276. Composite et apte sine sententiis dicere, insaniam est: sententiose autem sine verborum et ordine et modo, insaniam. De *perfecto Oratore*, num. 236.

277. Honoratorum virorum defunctorum laudes in concione memorantur. Lib. 2 de *Funibus*.

278. In concionibus non hoc agendum est, ut auditor velit discere, sed ut discat: ideo non ad clamorem, sed ad submissiora verba veniendum est: facilius intrant, sed hærent; nec multis opus est verbis, sed efficacibus, que seminis modo spargenda sunt. Epist. 38.

279. Non delectent verba nostra, sed prosint. Epist. 75.

280. Cum proficisse te videris, et animos audientium affecisse: iusta vehementius, urge, preme: dic in avaritiam, dic in luxuriam. Epist. 108.

281. Hæc aliis dic, ut dum dicis, audias ipse. Epist. 89.

282. Verbum de Deo loquens, depositum te putato accepisse animas. Sent. 185.

283. Opera charitatis Dei procedant abs te, et tunc sermonem facio de Deo. *Ibid.*, sent. 348.

284. Quæ gratis accipis a Deo, præsta gratis. *Ibid.*, sent. 233.

Vide etiam tit. *Arrogantia*, sent. 36; *Audire*, sent. 78, 85, 86, 113; *Austeritas*, sent. 19; *Disputatio*, sent. 20; *Doctrina*, sent. 11, 12, 13, 14, 48, 51, 52, 53, 54, 79, 80, 81, 83, 84, 87, 110, 111, 112, 113; *Egredi*, sent. 102; *Eloquentia*, sent. 5; *Ferreo*, sent. 28, 43; *Initiatio*, sent. 41; *Locus*, sent. 24; *Locutio*, sent. 156; *Lux*, sent. 62; *Orator*, per totum; *Propheta*, sent. 38; *Pulchritudo*, sent. 84; *Salus anime*, sent. 119; *Status pristini reimp.*, sent. 3; *Suavis*, sent. 31; *Utilitas*, sent. 12, 43.

PRELATIO.

COLLECTOR.

Etyologia. Prelatio dicitur, quasi præ aliis elatio; et prælatio, quasi præ aliis elatus.

THEOPHIL.

Definitio. Præesse, est verbis et opere auxiliari ei, qui auxilio eget. Super *Epist. ad Romanos*, cap. 12, in illud: *Qui præest in solitudine*.

S. DONAV.

Divisio. Sunt quatuor genera prælatorum: scilicet

pastor mercenarius, fur, lupus, primus imitandus, secundus tolerandus, tertius cavendus, quartus arendus. Super *Psal. lxxix*.

Comparatio. Prælati sunt moraliter medicus: quia sicut medicus corporaliter infirmos, ita debet spiritualiter curare subiectos. De *Anime medicina*, cap. 9.

HUGO A S.
VICTORE

SENTENTIE PATRUM.

1. Stulto et imperare servitus, et quod pejus est, cum paucioribus præsit, pluribus dominis et gravioribus servit. Lib. 2, epist. 7 ad *Simplicianum*.

S. AMEROS.

2. Plus confertur dilecto prælato, cui fratrum amor quæritur: plus autem admittit ei qui prælationis injuste operatur invidia. Lib. 2 de *Jacob*, cap. 2.

3. Tria sunt necessaria ascendenti: innocentia, beneficium, prelato, innocentia talis esse debet, ut nulli noceat, beneficium ut omnibus prosit, prelato ut se inferiorem omnibus judicet. De *Similitud.*, cap. 16.

S. ANSELM.

4. Judicium durissimum fiet his, qui præsumunt, durum, si non bene roserint propositum; durius, si non bene gubernaverint familiam propriam; durissimum, si justitiam legalem omnibus non ministraverint. Part. 4, tit. 5, cap. 2, § 4.

S. ANTONIN.

5. Sic cum inferiore vivas, quemadmodum superiorem tecum vivere velis. Part. 4, tit. 2 de *Præsentia*, cap. 5, § 7.

6. Multum provocant subditos facta præsentia. Part. 4, tit. 5 de *Justitia*, cap. 4, § 2.

7. Prælati suos putant omnes, in quos sibi potestas data fuerit: ita servant, ut his dominari pudeat: ita dominentur, ut eis servire delectet. Lib. 2, de *Ordine*, cap. 8.

S. AUGUST.

8. Ipse qui præest, non se existimet potestate dominante, sed charitate serviente felicem. Regula 3, ad *Clericos*.

9. Si quam operam vestram mater Ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec hlandiente desidia respiciatis, sed miti corde obtemperetis Deo. *Prose.*

10. Nec vestrum otium necessitatibus Ecclesie præponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini, non inveniretis. Epist. 81 ad *Eudoxium Abbat.*

11. Magnus onus et arduum, etsi ad sustinendum difficile, venor ne ad suscipiendum temerarium sit. Lib. 1 de *Doctr. christiana*, cap. 1.

12. Illum cognosce missum a Deo, quem non hominum laudatio, vel potius adulatio eligit: sed illum, quem et vita et mores optime commendat, et qui non appetit præesse. In *Dialogo 65* quæst., quæst. ultima.

13. Qui præest fratribus, sic agat humili cha-